



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

Commemoratio Fidelium Defunctorum. 2. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

2. NOV. VITÆ SANCTORUM. 685
bis occidere. quid hoc aliud esse, nisi orco
victimas sceleribus saginare, & sceleribus
velle Superos demereris? At non ita sentire
dux superstitionis Firminus, cuius im-
pulsu Leontius vir, consularis triduanâ
fame vexatum Cæsarium ante currum ad
Apollinis templum egit, nudum illum,
sed paratissimum sic ad luctam. Et vi-
ctum se fassus est Apollo precibus Divi,
cum templo & sacrificulo Firmino in ter-
ram dejectus sepultusque. Sed & Leon-
tius post annum carcerem & inediām
athleta Christi succubuit, priorque Cæ-
sario pro fide mortuus est, qui demum
culeo insutus cum Sacerdote Juliano in
mare demersus est (ut ipse pie jaetabat)
& natus cælo & denatus. Certè haud
paulò rectius pro patriâ mori Juventam
docuit. Ex Lippeloo.

Quid tibi cum carne & sanguine, qui di-
vinam in te gestas imaginem? quid tibi cum
mundo & vitiis, qui ad hoc conditus es, ut
celum conscendas, atque cum Angelicis
spiritibus beatâ Dei visione fruaris?
S. Laur. Iustin. de Cont. mundi. c. 21.

COMMEMORATIO FIDELIUM
DEFUNCTORUM. 2. NOVEMBRI

Pictas lacrymas, Mariane, oculis tuis
objicimus, ut his oratoribus tibi ex-
primamus veras, & quibus opem non
figit calamitati feras, nec jam pictos
extin-

686 VITÆ SANCTORUM. 2. Nov.
extinguas ignes. Id porrò quām merito
facias, ex annalibus D. Dominici disce.
Numeravit hic inter alumnos suos duos
præ cæteris pietati deditos, Bertrandum
alterum, alterum Benedictum. Ille pro
peccantibus, hic pro luentibus in flam-
mâ piaculari peccata multūm solitus;
preces ac sacrificia quisque in suos con-
gerenda credebat. Et pugnabat Bene-
dictus magnis rationum momentis, &
ajebat, illos, si modò velint, rebus
suis abundè posse consulere, ore suo
orare, manu suâ avertere iram Numinis
posse; hos verò, ut qui manu carerent,
utique auxiliari alterius egere. Contrà
contendebat Bertrandus tam hos sua sa-
lutis, quām alteros illos, nî à precipi-
tio abducerentur, interitus certos esse,
itaque gravius periclitantibus succurrendum.
Et persistisset in hâc sententiâ,
nisi ex pugnanti igne anima una omnium
legatione functa, terrore suo sub noctem
infsequentiem, patrocinium suum & so-
ciarum ita persuassisset, ut jam nemo aliud
pro his ad aram frequentius Bertrando
oraret. Et profectò si sapimus, vicina
ineendia, & nobis quoque jam jam im-
pendentia, communi operâ sopimus, hoc
est, cilicio apprimimus, precibus aver-
temus, flagris fugamus, gemiribus dis-
flamus, oculorumq[ue] imbre extinguimus
vindices ignes. Quin quisquis fila ma-
nu tenes, & globos *Virgini* sacros,

tenebas.

Nov.
erito
lifsee
duos
dum
pro
am-
bus;
con-
ene-
&
bus
suo
inis
ent,
tria
sa-
pi-
le,
en-
ia,
am
em
so-
ius
do
na
in-
oc
t-
us
a-
s,
ts
2. Nov. VITÆ SANCTORUM. 687
tencie te funem puta , quo ex inferno
carcere ascendere hodie ad cælum ani-
mas facias.

O fratres mei , qui modo modicam fe-
brum , vel modicum quemcumque dolorem
non potestis pati , quid , facietis , quantum
dolebitis , quantum plorabitis illo incendio
inflammati , & totaliter à pœnis ab sor-
pti ? S. Bonav. serm. I. de S. Laur.

S. EUSTOCHIUM V. 2. Novembris.

Fuit Eustochium nobilissimæ
& D. Hieronymo laudatissimæ ma-
tronæ filia , ejusdemque virtutis ex asse
heres. Degebat illa sub patrui Hymetii
tutelâ , certa nulli nisi Agno nubere ,
eamque ob rem animi potius mundo ,
quam corporis studens , & hoc pulchrior ,
quò negligentior sui. At Hymetius alta
omnia animo volvens , ut quam pulcher-
rimè posset ornatam virginem ad nu-
ptias nobilissimis juvenibus venditaret ,
eam curam conjugi Prætextatæ deman-
dat. Hæc igitur Eustochio vestes in-
duere , ad elegantiam sæculi factas , faciem
fuco tingere , frontem & aures geminis
pingere , crines ferro & igne fingere ,
denique totam ad lascivam venustatem
componere. Sed in tam pulchrâ Eu-
stochio nihil jam cælo placuit , præ-
ter lacrymas , quibus naufragium ti-
mens virginitas quotidie innatabat.

Peri-